



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 119. Legatorum responsum ad Italorum Præsulum petitionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI. ad Summi Pontificis auctoritatem, que
A.C. 1562. utique in sua firmitate servanda, & di-
 sputationi neutiquam exponenda esset.
 Legatos præterea rogabant, ne pate-
 rentur amplius in cujusvis gratiam tem-
 pus frustra teri, sed potius rem eo
 deduci curarent, ut Congregationibus
 frequenter habitis Synodus jam per
 tot annos protracta tandem cum de-
 core absolvi posset.

§. CXIX.

*Legatorum responsum ad Italorum
 Præsulum petitionem.*

Pallav. n. 5. Hæc Italorum petitio Legatos non
 nihil admiratione replebat, eo po-
 tissimum nomine, quod ipsis hoc in ne-
 gotio lentius processisse, nequaquam
 exprobrari posset, re tamen ipsa id haud
 ægre ferebant, cum eis haud ignotum
 esset, quod Patris Lainesii Oratio quos-
 dam commovisset, atque insuper non
 ignorarent, quod Franciæ Oratores, dum
 ceteros Principum Legatos convivio ex-
 cipiebant, hujus Theologi sermone se
 offensos fuisse ostenderint, ac statuerint,
 quod Franciæ Episcopi, quamprimum
 advenerint, mox hujus Jesuitarum Præ-
 positi opiniones Sedi Apostolicæ adeo
 propitias impugnaturi essent (*) quapro-
 pter

(*) Quis credat, quod Papæ Legati, Præ-
 sules

pter Legati Apostolici decreta festinan-
ter conficere, hocque negotium ante
Gallorum Præfulum adventum absol-
vere satagebant: unde Cardinalis Man-
tuanus ad Italorum Præfulum postu-
lata ita respondit: „ago vobis grates,
„quod hæc monere volueritis: idem
„quoque nostrum est propositum, proin-
„nihil immutabitur, nisi præmissa ma-
„tura rei deliberatione. Ad alterum
„vero caput vobis significo, quod satis
„quidem mei Socii Synodum absolvendi
„necessitatem perspectam habeant, sed
„ob difficultatem circa septimum Ca-
„nonem

Sæcul. XVI
A.C. 1562.

fules adeo imperterriti ac docti ob unius al-
teriusve murmuracionem inter pocula effusam
Synodum ob Religionis bonum congregatam
abrumpere statuerint, aut unius Nationis Epi-
scopos, eorumque impugnationes timuerint,
perinde ac si eorum rationes jam dudum per-
spectas non habuissent, ac levi brachio ejus-
modi probra dissolvere non valuissent: sed
hæc est Continuatoris indoles, ut tantam de
sua gentis Viris, facinoribus ac verbis existi-
mationem habeat, quod totum Orbem ad mi-
nimum eorum nutum jam trepidare, atque
cæco obsequio illorum voluntati, ac sententiis
cedere, teneri putet, perinde ac si apud ipsos
solos purioris fidei depositum, & veritatis ac
sanæ Theologiæ arcanum servaretur.

Hist. Eccles. Tom. XLV.

Hh

Sæcul. XVI.
A.C. 1562

„nonem exortas, plures Conventus ha-
bere necesse est, quamvis rem prom-
ptius conficiendi voluntas haud defuit,
nihilominus ipsiusmet hujus mora
beneficio tandem tam opportuna huius
Canonem exprimendi norma est ex-
cogitata, ut illam omnibus ac-
ceptam fore, proin rem eo deducendam
speremus, ut sine alia ulteriori mora,
nisi quæ antea fuit præstituta, omnium
Patrum sententiis in unum coalescen-
tibus Sessio haberi valeat.,

Percipiamus igitur, qua ratione hic
Canon in actis Paleotti conceptus lega-
tur: *Anathema sit, si quis dixerit, Epis-
coporum auctoritatem ordinandi, Conser-
mandi & docendi, non esse de jure divini
seu potestatem jurisdictionis, quam habent
Episcopi, non fuisse traditam a Christo in
Romano Pontifice ipsius Vicario, que in
ipso in Episcopos derivatur, cum in par-
tem sollicitudinis assumuntur: aut qui
dixerit, Episcopos non esse Superiores Pres-
byteris.*

§. CXX.

*Hæc septimi Canonis forma ab His-
panis Præsulibus rejecta.*

Pallav. l. c. Verum hujus Canonis norma, quam-
vis ab omnibus acceptanda, hac
que ratione Patrum animi ad con-
cordiam revocandi crederentur, *Italiam*
tamen